

dispargens. Laudemus igitur dñm. & agentes gratias nullis momentis  
dein camur horarū sed uerbis & rebus. sacrificium benedictionis offe-  
ramus. hoc ministerium congruum est. hoc angelorum summe conuer-  
sationis imitatio obsequium. & si laudando eum inuigilamus. etiam  
futuris bonis perfrui poterimus. Gratia & misericordia dñi in ihu  
xpi. & dilectio patris. & satisfactio sp̄s cum omnibus uobis. amen.

OMEL. V. SĒI IOHANNIS DE BEXO IOB.

**U**erum tamen fratres carissimi. intendat caritas ur̄a quæ dico.  
Quando audiuius librum sēi iob. quod perditis rebus. per-  
ditis filios. nec ipsam carnem quæ illi sola remanserat saluam potuit  
obtinere. sed percussus graui uulnere ac apite usq; ad pedes. sedebat iob  
in stercore putrescens ulcere. sanæ fluent. uermibus scæent. tormen-  
tis acerrimis. dolorum cruciatu. sinobis sic numeretur uniuersa  
ciuitas. nullo ibi sano in grauisimo uulnere. cum sic putrescere uer-  
mibus uiuos. quomodo mortui putruerunt. Quid erit grauius hoc.  
an illud bellum. puto quod mitius. in carne humana ferrum huma-  
na scurrat. quam uermis. Tolerabilius de uulnere sanguis erum-  
perat. quam de putredine fames distillat. Cadauer corrumpi res-  
picit & horrescit. sed deo minor poena. imo deo nulla poena.  
quod absens anima. At uero in iob præsentis anima quæ sentiat. liga-  
ta ne fugerit. subiecta ut dolerit. compuncta ut blasphemaret.  
sustinuit tamen tribulationē iob. & deputatum ei ad magnam  
iustitiam. Non ergo quisquam attendat quid patitur. sed quid  
faciat. Homo in eo quod patitur. potest sua non est. In eo quod fa-  
cit. uoluntas tua & nocens & innocens est. Pati<sup>ba</sup> tur iob. stabat mulier